Martinus eps seruus seruorum dei. Dilecto filio Preposito ecclie sancti Martini Wormatien Salt et aplicam ben. Decet Romanum pontificem prudentes virgines que
sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis integre se preparunt obuiam ire sponso ut liberius ad salutem et liberius ac quietius altissimo famulari valeant in earum pius desiderius
affectu benuolo fouere ipsarum quoque votis benigne suscipere et promptis affectibus adimplere. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectarum in xpo filiarum Magistre et Conuentus domus inclusorum
nuncupati in Campe ordinis sancti Augustini Treueren dioc petitio continebat qd olim pro parte ipsarum bone memorie Angelo Comito in Romana ecclia Epo qui tunc Gregorius xi in sua obedi
entia de qua partes ille erant nominabatur exposito qd Iudium pie memorie Cuno Archieps Treueren Dnuersis inclusis dicte domus mundum relinquere et iterum sponsum xpm in spiritu humilitatis
castis corde et corpore sequi ac illi perpetuo famulari cupientibus ut ipe in predicta domo usque ad certum numerum tunc expressum in habitu simplici conuersari et de bonis propriis sibi adeo collatis
uiuere ac loco decedentium personarum superstites usque ad huiusmodi numerum alias personas recipere possent per quasdam suas litteras concesserat et deinde cum prefate inclise adiu huiusmodi con
cessionis uigore in dicta domo sub simplici habitu nigri albi et grisei coloris cum uelamine nigro fuissent laudabiliter conuersate et a nonnullis reuocaretur indubium an absque regula certa et obseruan
cia regulari possent cum ipsarum salute sic simul conuersari ipseque inclise cuperent ad frugem meliorem commutari iste bone memorie Wernherus etiam Archieps Treueren prius Cunonis Archiepi
successor immediatus dilecto filio Nicolao de Husen decano ecclie sancti Goaris de Sanctogoare predicte dioc hoc concedendi eis et alia certa hec necessaria ordinandi per certas suas litteras dederit
potestatem et qd idem Nicolaus decanus predictis inclusis ut usque ad numerum personarum que de bonis predictis comode sustentari dumodo intra Sedecim non existerent in dicto loco de cetero sub
clausura perpetua iuxta regule seu ordinis sancti Augustini obseruantiam et regularia eiusdem ordinis instituta simul conuersari et altissimo perpetuo famulari valerent huiusmodi potestatis uigore
per suas concesserat litteras et ab eis regularem professionem receperit et alia sibi in ea parte commissa fideliter fecerit prout in huiusmodi litteris plenius continebatur idem Angelus tunc Gregorius
xi premissa omnia et singula rata habens et grata ea auctoritate aplica roborauit et suarum litterarum patrocinio communiuit supplendo omnes defectus siqui intercesserint in eisdem et inhibuimus eidem auto
ritate predictis inclusis concessit qd liceret eis habere Sex personas foris eis regulariter ministrantes in simili forma habitu et professione absque huiusmodi uelo quas probare valerent et si earundem
inclusarum aliquas decedere contingeret sit probatis superstites ipse inclise iuxta earum conscientias loco decedentium huiusmodi — pre aliis recipere necnon inclise ipse que laice sunt et Sex persone huiusmodi
loco horum canonicarum illa que laice professe sub predicta regula sancti Augustini degentes dicere consueuerunt aut tenerentur dicere valerent et qd inclise pro tempore recipiende in dicto inclusorio
in sorores cum uelo et in numero dictarum Sex personarum sine uelo huiusmodi professionem infuturum perpetuis temporibus per se facendam in manibus [illegible] decani ecclie predicte pro tempo
re existentis emittere ipseque decanus illam ut prefertur recipere tenerentur et qd etiam ipse inclise ad receptionem aliquarum in dicto inclusorio pro tempore recipiendarum in sorores nisi ad hoc earum uolun
tas libera et spontanea accederet cogi seu compelli a quoquam non deberent neque possent idque super bonis suis mobilibus et immobilibus quibuscumque debitis eis et debendis recuperandis et defen
dendis pro tempore per Iudicium earum uel procuratorem ad hoc constitutum in quotiens iudice spirituali uel temporali agere possent et qd inclise ipse inclise et Sex persone pro
tempore existentes essent dumtaxat et remanerent sub protectione et defensione Archiepi Treueren pro tempore existentis commendate et ad obseruantiam simplicis regule prefati sancti Augusti
ni sine quarumcumque aliarum Constitutionum singularum ordinum beati Augustini nuncupatorum obseruatione iuxta intentionem tam profitentium quam etiam recipientium professionem huiusmodi
dumtaxat essent astricte prout in ipsius Angeli Epi tunc Gregorii xi nuncupati litteris desuper confectis etiam dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat predicta
domus adeo omnium concedente dictore in facultatibus fructiferis susceperit incrementa qd etiam plures quam Sedecim intra et Sex extra clausuram huiusmodi persone in eadem domo
congrue ex facultatibus ipsius sustentari poterint ipseque magistra et sorores desiderent pro ipsarum et dicte domus consolatione et quiete prefatis concessionibus et alia in dictis litteris contenta
confirmatione aplica roborari nuncupatur ac in diuini nominis laudem numerum personarum in ipsa domo tam intra quam extra clausuram huiusmodi iuxta earundem exigentiam fa
cultatum augeri. Nos de premissis certam noticiam non habentes ac deuotis earundem magistre et sororum in hac parte supplicationibus inclinati discretioni tue per aplica scripta committimus et
mandamus quatinus si est ita concessiones predictas ac omnia et singula alia in prefatis litteris contenta auctoritate nra confirmes et inhibeas eidem magistre et sororibus ut usque ad nume
rum Sedecim personarum ad professionem et uelum ac clausuram necnon tot quot ipse pro earum et dicte domus obsequiis ac comodo et profectu expedierint iudicabitur et de facultatibus predictis con
grue sustentari poterint extra clausuram huiusmodi et sine professione in prefata domo recipere et admittere ac illas extra huiusmodi sit extra clausuram huiusmodi receptis et non professis quas
uoluerint licentiare et loco licentiatarum alias similiter recipere et admittere libere et licite valeant eadem auctoritate nra concedas premissis ac Constitutionibus et ordinationibus aplicis ceterisque
rebus non obstantibus quibuscumque. Dat Mantue v kl Decembr. Pontificatus nri Anno Secundo.

Extra gratis

J. Scheme

Diözesanarchiv Limburg (DAL)

Signatur: FA/4, Nr. 12